





EX LIBRIS
ANDRZEJ JAWORSKI


11/100


LIBRARIÆ
COLLEGII
MAIOR
CRACOVI


ZE ZBIORÓW JANINY I ANDRZEJA JAWORSKICH



M.T.CICERONIS, LAELIVS, SIVE DE AMICITIA Dialogus, ad. T. Pomponiũ Atticum, quã emendatissime impressus.





M. T. C. LAELIVS SIVE DE AMICITIA DIALOGVS, AD. T. POMPONIVM ATTICVM. PRAEFATIO.


VINTVS MVTIVS AVGVR Scæ-uola multa narrare de. C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucũde ſolebat. nec dubitare illũ in omni ſermone appellare ſapientem. Ego autẽ a patre ita eram deductus ad Scæuolã ſumpta uirili toga, ut quoad poſsem & liceret, a ſenis latere nunq̃ diſcederẽ. Itaq; multa ab eo prudẽter diſputata, multa etiã breuiter & cõmode dicta memoriæ mandabã, fieriq; ſtu-debã eius prudẽtia doctior. Quo mortuo me ad pontificẽ Scæuolã contuli, quem unũ noſtræ ciuitatis & ingenio & induſtria præſtantiſsimũ audeo dicere. Sed de hoc alias, nũc redeo ad augurem. Cum ſæpe multa narraret, tũ me-mini domi in hemicyclo ſedentẽ, ut ſolebat, cũ & ego eſsẽ una, & pauci admodũ familiares, in eum ſermonẽ illũ inci-dere, qui tũ fere multis erat in ore. Meminiſti. n. ꝑfecto, ut opinor Attice, & eo magis, q̄. P. Sulpicio utebare multũ, cum is tribunus plebis capitali odio a. Q. Pompeio, qui tum erat cõſul, diſsideret, qui cũ cõiunctiſsime & amãtiſsi-me uixerat, quãta hominũ eſset, uel admiratio uel quere-la. Itaq; tũ Scæuola, cũ in eam ipſam mentionẽ incidiſset, expoſuit nobis ſermonẽ Lælii, de amicitia habitum ab illo ſecũ, & cũ alio genero. C. Fãnio, Marci filio paucis diebus poſt mortẽ Africani. Cuius diſputatiõis ſentẽtias memo-riæ mandaui, quas in hoc libro expoſui meo arbitratu. Quaſi. n. ipſos induxi loquẽtes, ne inquã, & inquit ſæpius interponeret. Atq; ideo feci, ut tanq̃ a præſentibus corã,

haberi ſermo uideretur. Cum. n. mecũ ſæpe ageres, ut de
amicitia ſcriberem aliquid digna mihi res tum omniũ co/
gnitione, tum noſtra familiaritate uiſa eſt. Itaq; feci nõ in/
uitus, ut prodeſsem multis tuo rogatu. Sed ut in Catõne
maiore feci (qui eſt ſcriptus ad te de Senectute) Catonem
induxi ſenem diſputantẽ, quia nulla uidebat̃ aptior pſona,
quæ de illa ætate loqueret̃, q̃ eius, qui & diutiſsime ſenex
fuiſset, & in ipſa Senectute præ cæteris floruiſset. Sic cũ
accœpiſsemus a patribus maxime memorabilẽ. C. Lælii,
& P. Scipionis familiaritatẽ. C. Lælii pſona uiſa eſt idonea
fuiſse, quæ de amicitia ea ipſa diſsereret, quæ diſputata ab
eo meminiſset magiſter meus Scæuola. Genus autẽ hoc
ſermonũ poſitum in hominũ ueterũ autoritate, & eorum
illuſtriũ, plus neſcio quo pacto uidetur habere grauitatis.
Itaq; ipſe mea legẽs ſic afficior interdũ, ut Catonẽ non me
loqui exiſtimẽ, ſed ut tum ad ſenem ſenex de ſenectute, ſic
in hoc libro ad amicũ amiciſsimus de amicitia ſcripſit, tum
eſt Cato locutus, quo erat nemo fere ſenior tẽporibus illis
nemo prudẽtior, nũc Lælius & ſapiẽs, ſic. n. eſt habitus, &
amicitiæ gloria excellẽs, de amicitia loquit̃. Tu uelim a me
animũ parumper auertas. Lælium loqui ipſum putes. C.
Fannius, &. Q. Mutius, ad ſocerũ ueniunt, poſt mortem
Africani. ab iis ſermo oritur. Reſpõdet Lælius, cuius tota
diſputatio eſt, de amicitia. quam legens tu ipſe cognoſces.
FANNIVS. Sunt iſta uera Lælii. nec enĩ melior uir fuit
Africano quiſquã. nec clarior. Sed exiſtimare debes oĩum
oculos in te eſse cõiectos. unũ te ſapientẽ appellãt, & exi/
ſtimant. Attribuebat̃ hoc modo. M. Catoni. Scimus. L.
Acciliũ apud patres noſtros appellatũ eſse ſapientẽ. Sed

uterq; alio quodã modo. Cato, quia multarũ rerum usum habebat, multaq; eius, & in senatu, & in foro, uel prouisa prudẽter, uel acta cõstanter, uel respõsa acute ferebantur. Propterea quasi cognomẽ, iã habebat in senectute sapiẽtis. Te aũt alio quodã mõ dicũt, nõ solũ natura, & morib9 uerũ etiã studio & doctrina esse sapientẽ. Nec sicut uulgus sed ut eruditi solẽt appellare sapientẽ. qualẽ ĩ reliqua Græcia neminẽ. Nam qui septẽ appellant̃, eos qui ista subtilius quærũt in numero sapientũ. nõ habẽt, Athenis unũ accœpimus, & eum quidẽ etiã Apollinis oraculo sapientissimũ iudicatũ. Hanc esse in te sapientiã existimãt, ut omnia tua in te posita esse ducas, humanosq; casus uirtute inferiores putes. Itaq; ex me quærũt, credo & ex hoc item Scæuola, quo nam pacto mortem Africani feras, eoq; magis ꝙ his ꝓximis nonis, cũ in hortos. D. Bruti auguris, cõmentandi causa, ut assolet, uenissemus, tu nõ affuisti, qui diligẽtissime. semper illũ diem, & illud munus solitus esses obire. SCAEVOLA. Querũt quidẽ. C. Leli multi, ut est a Fãnio dictũ. Sed ego id respõdeo, quod aniaduerti, te dolorẽ quẽ accœperis, tum summi uiri, tũ amãtissimi morte ferre moderate, nec potuisse nõ cõmoueri. nec fuisse id humanitatis tuæ. ꝙ aũt his nonis in collegio nostro, nõ affuisses ualitudinẽ respõdeo, causam, non mesticiam, fuisse. LAELIVS. Recte tu quidẽ Scæuola & uere. Nec eni ab isto officio, quod semper usurpaui, cũ ualerem, abduci incommodo meo debui. Nec ullo casu arbitror hoc cõstanti homini posse cõtingere, ut ulla intermissio fiat officii. Tu aũt Fanni, qui mihi tantũ tribui dicis, quantũ ego, nec agnosco, nec postulo, facis amice. Sed ut mihi uideris, nõ recte

iudicas de Catone. Aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut si quisquã est, ille sapiens fuit. Quomodo. n. ut alia omittã, mortẽ filii tulit? Meminerã Paulum uideram Caium, sed caue, præponas Catoni, hos quidẽ, maximo & spectato uiro. Quãobrem caue Catoni anteponas, ne istũ quidẽ ipsum, quẽ Apollo, ut ais, sapientissimũ iudicauit. Huius enĩ facta, illius dicta laudãtur. de me aũt, ut iam cũ utroq; loquar, sic habetote. Ego si Scipionis desiderio me moueri negem, quã id recte faciam, uiderint sapientes, sed certe mentiar. Moueor enĩ tali amico orbatus, qualis ut arbitror nemo unquã erit. & ut cõfirmare possum, nemo certe fuit. Sed nõ egeo medicina. me ipse cõsolor. & maxime illo solatio, ꝙ eo errore careo, quo amicorum discessu pleriq; angi solẽt. Nihil mali accidisse Scipioni puto, mihi accidit, si quid accidit. Suis aũt incõmodis grauiter angi, nõ amicũ, sed seipsum amãtis est. Cũ illo uero quis neget actũ esse præclare? nisi enĩ, quod ille minime putabat, immortalitatẽ optare uellet, qd nõ est adeptus, quod homini fas esset optare? Qui summã spem ciuiũ, q̃ de eo iã puero habuerãt, cõtinuo adolescẽs incredibili uirtute superauit. qui cõsulatum petiit nunq̃, factus est cõsul bis. primũ ante tẽpus, iterũ sibi suo tẽpore. Reip. pene sero. qui duabus urbibus euersis inimicissimis huic ĩperio, nõ mõ præsentia uerũ etiã futura bella deleuit. Quid dicã de moribus facillimis? de pietate in matrẽ? liberalitate in sorores? bonitate in suos? Iusticia in oẽs? Hæc nota sunt uobis. q̃ aũt ciuitati carus fuerit, mœrore funeris iudicatũ est. Quid igitur hũc paucoꝝ annoꝝ accessio iuuare potuisset? Senectus enim q̃uis nõ sit grauis, ut memini Catonem uno anno, antequã

mortuus est, mecũ & cũ Scipione disserere, tamẽ aufert eã uiriditatẽ, ĩ qua etiã nũc erat Scipio. Quãobrẽ uita quidẽ talis fuit, uel fortuna, uel gloria, ut nihil posset accedere. Moriẽdi aũt sensum celeritas abstulit, quo de genere mor/tis difficile dictu est. qd hoĩes suspicent̃, uidetis. Hoc tamẽ uere licet dicere. P. Scipioni ex multis diebus, quos in uita celeberrimos lætissimosq; uiderit, illũ diẽ clarissimũ fuisse cũ senatꝰ dimisso domũ reductus ad uesperã est a patribꝰ cõscriptis, a populi Ro. sociis, & latinis, pridie q̃ excessit e uita, ut ex tã alto dignitatis gradu ad superos uideat̃ potiꝰ q̃ ad inferos peruenisse. Neq;. n. assentior iis, qui hæc nuper disserere cœperũt, cũ corporibus simul aĩas interire, atq; oĩa morte deleri, plus apud me antiquoꝶ autoritas ualet, uel nostroꝶ maioꝶ qui mortuis tã religiosa iura tribuerũt qđ nõ fecissẽt, pfecto, si nihil ad eos ptinere arbitrarent̃, uel eoꝶ, q in hac terra fuerũt magnãq; Græciã, quæ nũc qui/dem deleta est, tũ florebat, institutis, & pceptis suis erudie/runt, uel eius qui Apollinis oraculo sapiẽtissimus est iudi/catus, q nõ tum hoc, tũ illud ut in plærisq;, sed idẽ dicebat semp animos hominũ esse diuinos, iisq; cũ e corpe exces/sissent reditũ ad cælũ patere, optimoq; & iustissimo cuiq; expeditissimũ, qđ idẽ Scipioni uidebat̃, qui idẽ quasi præ/sagiret, ppaucis ante mortẽ diebus, cũ & Philus & Mani/lius adessent, & alii plures. tuq; etiã Scæuola me cõuenis/ses, disseruit triduũ de Rep. cuius disputatiõis fuit extremũ fere de ĩmortalitate animoꝶ, quæ se in quiete puisum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est ut optimi cuiusq; ani/mus in morte facillime euolet tanq̃ e custodia uinculisq; corporis, cui cẽsemus cursum ad deos faciliorem fuisse q̃

Scipioni? Quocirca mœrere hoc eius euẽtu uereor, ne inuidi magis q̃ amici sit. Sin aũt illa uereor, ut idem interitus sit animorꝝ & corporꝝ nec ullus sensus maneat ut nihil boni est in morte, sic certe nihil est mali. Sensu enĩ amisso fit idẽ quasi natus nõ esset omnino. Quẽ tamen esse natũ & nos gaudemus, & hæc ciuitas dũ erit lætabit̃. Quãobrem cũ illo quidẽ ut supra dixi, actũ optime est, mecũ aũt incõmodius, quẽ fuit æquius, ut prius introierã in uitã, sic prius exire de uita. Sed tamẽ recordatiõe nostræ amicitiæ sic fruor, ut beate uixisse uidear, quia cũ Scipiõe uixerim, quo cũ mihi cõiuncta cura de Rep. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & militia cõmunis & id in quo est oĩs uis amicitiæ, uoluntatũ, studiorꝝ, sentẽtiarꝝ, summa cõsensio. Itaq; nõ tam ista me sapiẽtiæ, quã modo Fãnius cõmemorauit, fama delectat, falsa præsertim, q̃ q; amicitiæ nostræ memoriã spero sempiternã fore, idq; mihi eo magis est cordi, & q; oĩbus sæculis uix tria aut quattuor nominant̃ paria amicorꝝ, quo in genere sperare uideor Scipionis amicitiã & Lælii notã posteritati fore. FANNIVS. Istud quidẽ Læli ita necesse est. Sed quoniã amicitiæ mentionẽ fecisti, & sumus ociosi, pergratũ mihi feceris, spero item Scæuolæ, si quẽadmodũ soles de cæteris rebus, cũ ex te quærun tur, sic de amicitia disputaris, quid sentias, qualẽ existimes, quæ præcepta des. SCAEVOLA. Mihi uero erit gratũ atq; idipsum, cum tecũ agere conarer Fannius anteuertit. Quãobrem utriq; nostrũ gratum admodũ feceris. LAELIVS. Ego uero nõ grauarer, si mihi ipse confiderẽ. Nam & præclara res est, & sumus, ut dixit Fannius ociosi, sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? doctorꝝ est ista

cõsuetudo, eaq; Græcorum, ut iis proponatur, de quo disputet quis subito. Magnũ opus est egetq; exercitatiõe nõ parua Quãobrẽ quæ disputari de amicitia possunt ab eis censeo petatis, qui ista profitentur. Ego uos hortari tantũ possũ, ut amicitiã oibus rebus humanis anteponatis. Nihil est eni tam naturæ aptum, tam coueniens ad res uel secũdas, uel aduersas. Sed hoc primũ sentio, nisi in bonis amicitiã esse nõ posse. Neq; id ad uiuum reseco, ut illi qui hæc subtilius dixerũt fortasse uere, sed ad cõmunem utilitatẽ parũ. Negant enĩ quenq̃ uirum bonũ esse, nisi sapientẽ, sit ita sane, sed eam sapientiã interpraetantur, quã adhuc mortalis nemo est cõsecutus. Nos aũt ea quæ sunt in usu uitaq; cõmuni, nõ ea quæ finguntur aut optãtur, sperare debemus. Nũquã ego dicã. C. Fabriciũ. M. Curiũ. T. Corũcanium, quos sapientes nostri maiores iudicabãt ad istorum normã fuisse sapientes. Quare sibi habeãt sapiẽtiæ nomen, & inuidiosum & obscurũ, cõcedantq; ut ii boni fuerint. Neq; id quidem faciẽt, negabũt id, nisi sapiẽti posse cõcedi. Agamus igitur pingui minerua, ut aiunt, qui ita se gerũt, ita uiuũt, ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas, nec sit in eis ulla cupiditas, uel libido, uel audacia, sitq; magna cõstantia, ut ii fuerũt, quos modo nominaui. hos uiros bonos, ut habiti sunt, sic etiã appellãdos esse putemus, qui assequũtur quantũ homines possũt naturã optimã bene uiuendi ducem. sic enĩ mihi bene perspicere uideor, ita natos esse nos ut inter oẽs esset societas quædã. Maior aũt ut quisq; proxime accederet. Itaq; ciues potiores sũt q̃ peregrini, & propinqui q̃ alieni, cum iis. n. amicitiã natura ipsa peperit. Sed ea nõ satis habet firmitatis. Nãq; hoc præstat amicitia propinquitati,

quod ex propinquitate beniuolētia tolli potest. ex amici/
tia autē non potest. Sublata enī beniuolētia, amicitiæ no/
men tollit, propinquitatis manet. Quāta aūt uis amicitiæ
sit, ex hoc intelligi maxime potest, q ex infinitate societatis
generis humani, quā cōciliauit ipsa natura, ita cōtracta res
est, & adducta in angustū, ut omnis charitas, aut inter du/
os, aut inter paucos, iungeret. Est aūt amicitia nihil aliud
nisi omniū diuinarū, humanarūq; rerum, cū beniuolētia &
charitate summa cōsensio. Qua quidē haud scio, an exce/
pta sapiētia, quicq̄ melius homini sit, a diis immortalibus
datum. Diuitias alii præponūt. Bonā alii ualitudinē. Alii
potentiā. Alii honores. Multi etiā uoluptates, beluarum
hoc quidē extremū est. Illa autem superiora sunt caduca,
& incerta. posita non tam in nostris cōsiliis, quam in fortu/
næ temeritate. Qui aūt in uirtute summū bonum ponunt
præclare illi quidem. Sed hæc ipsa uirtus amicitiā gignit,
& cōtinet. Nec sine uirtute amicitia esse ullo pacto potest.
Iam uirtutem ex cōsuetudine uitæ, sermonisq; nostri inter/
pretemur. Nec metiamur eam, ut quidā indocti, uerborū
magnificētia, uirosq; bonos eos, qui habētur, numeremus.
Paulos. Catones. Caios. Scipiones. Philos: his cōmunis
uita contēta est. Eos autē omittamus, qui omnino nusquā
reperiūtur. Tales igitur inter uiros amicitia tātas oppor/
tunitates habet, quātas uix queo dicere. principio quis po
test esse uita uitalis, ut ait Ennius, qui non in amici mutua
beniuolētia cōquiescat? Quid dulcius, q̄ habere, quo cum
omnia audeas sic loqui, ut tecū? Quis esset tantus fructus
in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis, æque, ac tu ipse
gauderet? Aduersas uero ferre difficile esset, sine eo, qui

illas grauius etiam, q̃ tu ferret. Deniq; cætere res, quæ ex/
petuntur opportunæ sunt singulæ, rebus fere singulis.
Diuitiæ, ut utare, opes, ut colare, honores, ut laudere. Vo/
luptates, ut gaudeas. Valitudo, ut dolore careas. & mune/
ribus fungare corporis. Amicitia plurimas res continet.
quoquo te uerteris, præsto est, nullo loco excluditur. Nũ/
quam intẽpestiua. Nunq̃ molesta est. Itaq; nõ aqua, non
igni, non aere, ut aiunt pluribus locis utimur, q̃ amicitia.
Neq; ego nunc de uulgari, aut de mediocri, quæ tamẽ ipsa
delectat, & prodest, sed de uera, & perfecta loquor, qualis
eo℞, qui pauci nominãtur fuit. Nam & secũdas res splen/
didiores facit. & aduersas partiens cõmunicansq; leuiores.
Cũq; plurimas & maximas cõmoditates amicitia cõtine/
at, tum illa nimirũ præstat omnibus, q᷑ bona spe prælu/
cet in posterũ. Nec debilitari animos, aut cadere patitur.
Verum etiã amicum qui intuetur, tanq̃ exemplar aliquod
intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt. & egentes, abũ/
dant, & imbecilli ualẽt. & quod difficilius dictu est, mor/
tui uiuunt. Tantus eos honos, memoria. desideriũ prose/
quitur amico℞. Ex quo illo℞ beata mors uidetur. Horum
uita laudabilis. q᷑ si exemeris ex natura rerũ, beniuolentiæ
coniunctionẽ, nec domus ulla, nec urbs stare poterit, nec
agri quidem cultus permanebit. Id si minus quidẽ intelli/
gitur, quãta uis amicitiæ cõcordiæq; sit, ex dissensionibus
atq; ex discordiis percipi potest. Quæ enim domus tam
stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ nõ odiis, atq; dissi/
diis funditus possit euerti? Ex quo quantũ boni sit in ami/
citia iudicari potest. Agrigentinũ doctum quendã uirum
carminibus Græcis uaticinatũ ferunt, quæ in rerũ natura,

totoq; mundo cōstarent quæq; mouerētur, ea contrahere amicitiā, dissipare discordiā. Atq; hoc quidē omnes mortales & intelligunt. & reprobant. Itaq; si quando aliquod officium extitit amici, in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis est, qui id non maximis efferat laudibus Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei. M Pacuuii fuerūt, noua fabula, cum ignorante rege uter eorum esset Orestes. Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur. Orestes ita ut erat Orestem se esse perseueraret. Stantes autem plaudebāt in re ficta. Quid arbitramur in uera fuisse facturos? Facile indicabit ipsa natura uim suā, cum homines quod facere ipsi nō possēt, id recte fieri in altero iudicarēt. Hactenus mihi uideor de amicitia quid sentirē potissime dixisse. si qua præterea sunt, credo autē esse multa. ab iis si uidebitur, qui ista disputāt, queritote. FANNIVS. Nos autē a te potius. quanq̄ etiā ab istis, sæpe quesiui. & audiui, nō inuitus equidem. Sed aliud quoddā expetimus filum orationis tuæ. SCAEVOLA. Tum magis id diceres Fāni si nuper in hortis Scipionis, cum est de Repu. disputatū, affuisses. Qualis tum patronus iusticiæ fuit, cōtra accuratam orationē Phili. FANNIVS. Facile id quidem fuit iusticiā, iustissimo uiro defendere. SCAEVOLA. Quid amicitiam nō ne facile ei erit, qui ob eam summa fide, cōstantia, iusticiaq; seruatā, maximā cœperit gloriā? LAELIVS. Vim hæc quidē est afferre. Quid enim refert, qua me ratione cogatis? cogitis certe. studiis. n. generum præsertim in re bona, tū difficile est, tum ne æquū quidem obsistere. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti, maxime illud considerandū uideri

deri

deri solet, num propter imbecillitatẽ, atq; inopiã, desiderã-da sit amicitia. ut in dandis recipiẽdisq; meritis, quo quisq; minus per se posset, id acciperet ab alio, uicissimq; redde-ret? an esset hoc quidẽ propriũ amicitiæ, sed antiquior, & pulchrior, & magis a natura ipsa ꝑfecta alia causa esset? Amor. n. ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beniuolentiã cõiungendã. Nam utilitates quidem etiã ab iis percipiunt sæpe, qui simulatione amicitiæ colũtur, & ob-seruãtur causa tẽporis. In amicitia aũt nihil fictum, nihil simulatũ, & quicqd est, idem uerũ & uoluntariũ est. Qua propter a natura mihi uidetur potius, q̃ ab imbecillitate orta amicitia. Et applicatione magis animi, cum quodam sensu amãdi, q̃ cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidẽ quale sit, etiam in bestiis quibusdã animaduerti potest, quæ ex se natos ita amãt, ad quoddã tẽpus, & ab eis ita amãtur, ut facile earũ appareat sensus, quod in homine multo est euidẽtius. Primũ ex ea charita-te, quæ est inter natos, & parentes, quæ dirimi nisi detesta-bili scelere nõ potest, deinde cũ similis sensus extitit amo-ris, si aliquẽ nacti sumus, cuius cũ moribus & natura con-gruamus, q; in eo, quasi lumen aliquod ꝓbitatis, & uirtu-tis prospicere uideamur. Nihil est eni amabilius uirtute, nihil quod magis alliciat ad diligendũ. quippe cũ propter uirtutẽ & probitatẽ eos etiam, quos nunq̃ uidimus, quo-damodo diligamus. Quis est, qui. C. Fabricii Manii Curii cum charitate aliqua & beniuolẽtia, memoriã nõ usurpet quos nunq̃ uiderit? Quis aũt est, qui Tarquiniũ superbũ, qui. P. Cassium. Sp. Meliũ non oderit? Cum duobus du-cibus de imperio in Italia decertatũ est. Pyrrho, & Anni-

bale. Ab altero propter probitatem eius nominis, nō alie-
nos animos habemus. Alterum propter crudelitatē eius,
semper hæc ciuitas oderit. Quod si tanta uis ꝓbitatis est,
ut eam uel in eis, quos nunq̄ uidimus, uel quod maius est,
in hoste etiam diligamus. Quid mirum si animi hominū
moueātur? Quanquā cōfirmatur amor & beneficio acce-
pto, & studio perspecto, & cōsuetudine adiuncta. Quibus
rebus ad illum primū motum animi, & amoris adhibitis,
ammirabilis quædam exardescit beniuolētiæ magnitudo.
Quam sequi putant ab imbecillitate proficisci, ut sit per
quā quisq; assequatur, quod desideret, humilem sane relin
quunt, & minime generosum, ut ita dicam, ortū amicitiæ,
quā ex inopia atq; indigētia nasci uolunt. Quod si ita esset,
ut quisq; ualitudinis minimū in se esse arbitraretur. Ita ad
amicitiā esset aptissimus, quod longe secus est, ut eni quis-
q; sibi plurimū confidit, & ut quisq; maxime uirtute & sa-
pientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaq; omnia ī seipso
posita iudicet, ita in amicitiis expetēdis, colēdisq; maxime
excellit. Quid enim erat Africanus indigens mei? minime
Hercule. At ne ego quidē illius. Sed ego admiratiōe qua-
dam uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nonnulla
quā de meis moribus habebat, me dilexit, auxit beniuolē-
tiā cōsuetudo. sed quanq̄ utilitates multæ, & magnæ cō-
sequutæ sunt & nō sunt tamē ab earum spe, causæ diligēdi
profectæ. Vt enim benefici liberalesq; sumus, nō ut exiga-
mus gratiam, neq; eni beneficiū fœneramur. Sed natura
propensi ad liberalitatē sumus, sic amicitiā, non spe mer-
cedis adducti, sed q̄ omnis eius fructus in ipso amore in-
est, expetēdam putamus. ab iis qui pecudum ritu ad uolu-

Tex: + Cum eorum quibus tu usu conuincti esse possunt uirtutem et bonitatem prospicere uideatur.

ptatem omnia referunt, longe dissentimus. Nec mirum, nihil enim altum, nihil magnificũ, ac diuinũ suscipere pos/ sunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamq; contemptã. Quãobrem horũ quidem ab hoc sermone remoueamus. Ipsi autem intelligamus a na/ tura gigni sensum diligendi, & beniuolentiæ charitatẽ, fa/ cta significatione probitatis, quã qui appetiuerũt. Appli/ cant sese, & propius admouent ut usu eius, quem diligere cœperũt, fruantur, & moribus. Sintq; pares in amore, & æquales, propensioresq; ad benemerendũ, q̃ ad reposcen/ dum. Atq; hæc inter eos sit honesta certatio. Sic & utilita/ tes ex amicitia maxime capientur, & erit eius ortus a natu/ ra, q̃ ab imbecillitate grauior, & uerior. Nã si utilitas ami/ citias cõglutinaret, eadem cõmutata dissolueret. Sed quia natura mutari nõ potest. Idcirco uere amicitiæ sempiterne sunt. Ortum quidẽ amicitiæ uidetis, nisi quid adhuc, forte uultis. SCAEVOLA. Tu uero perge. Læli, pro hoc. n. qui minor est natu, meo iure respondeo. FANNIVS. Recte tu quidẽ, quãobrem audiamus. LAELIVS. Au/ dite uero optimi uiri ea, quæ sæpissime inter me, & Scipi/ onem de amicitia disserebãtur. Quanq̃ ille quidẽ nihil dif/ ficilius esse dicebat, q̃ amicitiã usq; ad extremũ uitæ diem permanere. Nam uel ut nõ idem expediret, utriq;, incidere sæpe, uel ut de Rep. nõ idem sentirent. Mutari etiã mores hominũ sæpe dicebat. alias aduersis rebus, alias ætate in/ grauescente, atq; earum rerũ exemplũ ex similitudine ca/ piebat ineuntis ætatis. Quod summi puerorum amores sæpe una cum prætexta & toga deponerẽtur. Sin autem ad adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum

contentione, uel luxuriæ cõditione, uel cõmodi alicuius, ꝙ idem adipisci uterq; nõ posset. Quod si qui lõgius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionẽ incidissent. Pestem enĩ maiorẽ esse nullam, in amicitiis, q̃ in plerisq; pecuniæ cupiditatẽ. In optimis quibusq; honoris certamen, & gloriæ. Ex quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos extitisse. Magna etiã dissidia, & plerũq; iusta nasci cum aliquid ab amicis, quod rectum nõ esset, postularet. ut aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriã. Quod qui recusarent, q̃uis honeste id facerẽt, ius tamẽ amicitiæ deserere arguerẽtur ab iis, quibus obsequi nollent. Illos autem, qui quiduis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. Eorum querela inueterata, non modo familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni sempiterna. Hæc itaq; multa, quasi fata impendere amicitiis, ut omnia subterfugere, nõ modo sapientiæ, sed etiam felicitatis, diceret sibi uideri. Quamobrem id primũ uideamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Num si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere? Num & ulli amici regnum appetentẽ Sp. Melium iuuare debuerũt? Tiberiũ quidẽ Gracchũ Remp. uexantẽ, a. Q. Tuberone, æqualibusq; amicis derelictũ uidebamus. At. C. Blossius Cumanus hospes familiæ nostræ Scæuola, cũ ad me, qui aderam. Lenate & Rutilio cõsulibus, in cõsilio deprecatũ uenisset. Hanc ut sibi ignoscerem causam afferebat, ꝙ tanti Ti. Gracchũ fecisset, ut quicquid ille uellet, sibi faciendum putaret. Tum ego, etiam ne inquã si te in Capitoliũ faces

ferre uellet? nunq̃ inquit uoluiſset id quidem. Sed ſi uolu/
iſset paruiſsem. Videtis q̃ nepharia uox? & Hercle ita fecit
uel plus etiam, q̃ dixit. Non eñi paruit ille. Ti. Gracchi te/
meritati. Sed etiam præfuit. Nec ſe comitẽ illius furoris,
ſed ducem præbuit. Itaq; hac amẽtia queſtione noua per/
territus, in Aſiam profugit, ad hoſtes ſe contulit, pœnas
Reip. graues/iuſtaſq; pſoluit. Nulla eſt igit̃ excuſatio pec/
cati, ſi amici cauſa peccaueris. nam cũ cõciliatrix amicitiæ
uirtutis opinio fuerit. difficile eſt amicitiã manere, ſi a uir/
tute defeceris. Quod ſi rectum ſtatuerimus, uel concedere
amicis, quicquid uelint, uel impetrare ab amicis, quicquid
uelimus, perfecta quidem ſapientia ſumus, ſi nihil habeat
res uitii. ſed loquimur de iis amicis, qui ante oculos ſunt.
quos uidemus, aut de quibus memoriam accœpimus, aut
quos nouit uita cõmunis. Ex hoc numero nobis exempla
ſumenda ſunt, & eorum quidem maxime, qui ad ſapientiã
proxime accedunt. Vidimus Paulum Emilium. C. Luſci/
nio familiarem fuiſse, ſic a patribus accœpimus, bis una
conſules, & collegas in cenſura. Tum etiã cum iis, & inter
ſe cõiunctiſsimos fuiſse. Manium Curium & Ti. Corun/
canium memoriæ traditum eſt. Igitur ne ſuſpicari quidem
poſsumus, quenq̃ horum ab amico quippiam cõtendiſse
quod cõtra fidem, contra iuſiurandũ, contra Remp. eſset.
Nam hæc quidem in talibus uiris quid attinet dicere ſi cõ/
tendiſsent, ſcio impetraturũ non fuiſse. Cum illi ſanctiſsi/
mi uiri fuerint. Aeq; autem nefas ſit tale aliquid & facere
rogatum, & rogare. At uero Titum Gracchũ ſequebãtur
C. Carbo. C. Cato, & minime tunc quidem. C. frater, nũc
idem accerrimus inimicus. *

h Aec igitur prima lex in amicitia sanciat̃, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Turpis enĩ excusatio est, & minime accipienda tum in cæteris peccatis, tũ si quis contra Remp. se amici causa fecisse fateatur. Et enĩ eo loco Fanni & Scæuola locati sumus, ut nos longe ꝓspicere oporteat futuros casus Reip. deflexit enĩ iam aliquantulũ de spacio curriculoq; cõsuetudo maioꝵ. Ti. Gracchus regnũ occupare conatus est, uel regnauit is quidẽ paucos menses. Nũquid simile populus Ro. audierat, aut uiderat, hũc etiã post mortẽ secuti amici & propinqui. Quid in. P. Scipionem Nasicã effecerint, sine lachrymis nõ queo dicere. Nam carbonẽ quoq; quẽ modo posuimus propter recentẽ pœnã. Ti. Gracchi sustinuimus. de C. Grac. aũt tribunatu quid expectem nõ libet augurari. scripsit enĩ deinde res quæ procliuis ad perniciem cum semel cœpit, labitur, uidetis in tabella iam ante quãta sit facta labes primo Gabinia lege, biennio aũt post cassia. Videre iam uideor populũ Ro. a senatu disiũctum multitudinisq; arbitrio res maximas agi. plures enĩ discent quemadmodũ hæc fiant q̃ quẽadmodũ iis resistatur. Quorsum hæc? quia sine sociis nemo quicq̃ tale conatur, præcipiendũ est igitur bonis, ut si i eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint ne existimẽt ita se alligatos, ut ab amicis in magna re aliqua in Rẽp. peccãtibus nõ discedant. improbis aũt pœna statuẽda est, nec minor uero iis, qui secuti erũt alteꝵ, q̃ iis qui ipsi fuerũt impietatis duces. Quis clarior in Græcia Themistocle? qs potẽtior? qui cũ imperator bello Persico seruitute Græciã liberasset, ꝓpterq; iuidiã in exiliũ missus esset. Ingratæ patriæ inuidiã

nō tulit, quā ferre debuit. fecit idē quod uiginti annis ante apud nos fecerat Coriolanus, his adiutor cōtra patriā inuentus est nemo. Itaq; mortem sibi uterq; cōsciuit. Quare talis improboꝝ cōsensio, nō modo excusatione amicitiæ tegēda nō est, sed potius omni supplicio uindicāda est, ut ne quis cōcessum putet. Amicū bellum patriæ inferentem sequi. Quod quidē ut res cœpit ire, haud scio, an aliquādo futurū sit. Mihi aūt nō minori curæ est, qualis Resp. post mortem meā futura sit, q̄ qualis hodie sit.

h Aec igitur prima lex amicitiæ sanciatur, ut ab amicis honesta petamus. amicoꝝ causa honesta faciamus, neq; expectemus quidem, dum rogemur, sed studium semper adsit, contatio absit, consiliū uerum dare gaudeamus libere, plurimū in amicitia amicorū bene suadentiū ualeat autoritas. Eaq; adhibeatur ad monendum, nō modo aperte, sed etiā acriter, si res postulabit, & adhibite pareatur. Nam quibusdā quos audio sapiētes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor, mirabilia quædam. Sed nihil est, qđ illi nō ꝑsequātur argutius, partim fugiēdas esse nimias amicitias, ut ne necesse sit, unū sollicitum esse ꝓ pluribꝰ, satis supq; esse sibi suaꝝ cuiq; rerū curā. Alienis nimis implicari molestū esse, cōmodissimū esse q̄ laxissimas habenas habere amicitiæ, quas uel adducas cū uelis, uel remittas. Caput eni esse ad beate uiuendū, securitatē, qua frui nō possit animus, si tanq̄ parturiat unus pro pluribus. Alios aūt dicere aiunt, etiā multo inhumanius, quē locū breuiter perstrinxi paulo ante, præsidii adiumentiq; causa, nō beniuolētiæ, neq; charitatis amicitias esse expetēdas. Itaq; ut quisq; minimū firmitatis habeat,

minimũq; uirium, ita amicitias appetere maxime. Ex eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarũ præsidia quærant, q̃ uiri, & inopes, q̃ opulẽti, & calamitosi, quã ii, qui putãtur beati. O præclarã sapientiã, solem eni e mũdo tollere uidentur qui amicitiã e uita tollunt. Qua a diis ĩmortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius. Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed re ipsa a se multis locis repudiãda est. Neq; enĩ est consentaneũ, ullam honestam rem actionemue, ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quod si curã fugimus, uirtus fugienda est, quæ necesse est, ut, cum aliqua cura res sibi cõtrarias aspernetur, atq; oderit ut bonitas maliciã, tẽperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Itaq; uideas rebus iniustis iustos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagiciosis modestos. Ergo hoc propriũ est animi bene cõstituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrariis. Quãobrem si cadit in sapientẽ animi dolor, qui profecto cadit, nisi ex eius animo extirpatam humanitatẽ arbitremur, quæ causa est, ut amicitiam funditus tollamus e uita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? Quid enĩ interest motu animi sublato, nõ dico inter pecudem, & hominẽ, sed saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? Neq; enim sunt isti audiendi qui uirtutem duram, & quasi ferream esse quandã uolunt. Quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia, tenera, atq; tractabilis ut ex bonis amici, quasi diffundant̃ & incõmodis cõtrahantur. Quãobrem angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantũ ualet, ut tollat e uita amicitiã, non plusquã, ut uirtutes, quia nõnullas curas, & molestias afferunt ut repudiẽtur. Cum autem contrahat

uirtus

uirtus amicitiã, ut supra dixi, si qua significatio uirtutis elu/
ceat, ad quã se similis animus applicet & adiungat. Id cum
contingit, amor ibi exoriatur necesse est. Quid. n. tam ab/
surdũ, q̃ delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut glo
ria, ut edificio, ut uestitu, cultuq; corporis. Animo autem
uirtute prædito/eo/qui uel amare, uel ut ita dicã redamari
possit, non admodũ delectari? Nihil est. n. remuneratione
beniuolẽtiæ, nihil uicicissitudine studioꝝ, officiorũq; iucũ/
dius. Quod si etiã illud addimus, quod recte addi potest,
nihil est quod ad se rem ullã tam alliciat, & tam attrahat,
q̃ ad amicitiã similitudo. Cõceditur profecto esse uerũ, ut
bonos boni diligãt, asciscãtq; sibi, quasi ꝓpinquitate cõ/
iunctos, atq; natura, nihil est enĩ appetẽtius similiũ sui, ni/
hil rapacius q̃ natura. Quãobrem hæc quidem Fanni &
Scæuola cõstat, ut opinor, bonis inter bonos, quasi neces/
sariã beniuolentiã, quæ est amicitiæ fons, a natura cõstitu/
tus. Sed eadem bonitas, etiã ad multitudinẽ pertinet. Nõ
est enĩ ĩhumana uirtus, neq; immunis, neq; superba. Quæ
etiã populos uniuersos tueri eisq; optime cõsulere soleat,
quod nõ faceret profecto, si a charitate uulgi abhorreret.
Atq; etiã mihi quidem uidẽtur, qui utilitatis causa fingũt
amicitias. Amabilissimũ nodum amicitiæ tollere non enĩ
tam utilitas parta per amicũ, quã amici amor ipse delectat.
Tumq; illud fit, quod ab amico est profectum, iucundũ, si
cum studio est profectũ, tantũq; abest, ut amicitiæ ꝓpter
indigentiã colantur, ut ii qui opibus & copiis, maximeq;
uirtute præditi in qua plurimũ est præsidii, minime alteri/
us indigeãt, liberalissimi sint, & beneficẽtissimi atq; haud
scio, an ne opus sit quidẽ, nihil unq̃ omnino deesse amicis,

ubi eni studia nostra uiguissēt, si nunq̄ studio, nunq̄ cōsilio
nunq̄ opera nostra, nec domi, nec militiæ Scipio eguisset?
Nō igitur utilitatē amicitia, sed utilitas amicitiā cōsequuta
est. nō ergo erūt homines diuitiis affluētes audiēdi, si quā/
do de amicitia, quā nec usu, nec ratione habēt cognitā dis/
putabunt. Nam quis est (proh deū fidem, atq; hominū) q
uelit, ut neq; diligat quenq̄, nec ipse ab ullo diligatur? cir/
cunfluere oībus copiis, atq; in omniū rerū abundantia ui/
uere? Hæc eni est tyrannoꝝ uita, nimirū in qua nulla fides,
nulla charitas, nulla stabilis beniuolētiæ potest esse fiducia
omnia semper suspecta atq; sollicita sunt. nullus locus est
amicitiæ. Quis eni aut eum diligat quē metuit, aut a quo
se metui putet? Colūtur tamē simulatione dūtaxat ad tē/
pus, ꝙ si forte ut fit plerūq; ceciderint, tum intelligitur quā
fuerint inopes amicoꝝ. Quod Tarquiniū dixisse ferunt,
tum cum exsul esset se intellexisse quos fidos amicos ha/
buisset, quosq; infidos, cū iam neutri gratiā referre posset.
Quanq̄ miror in illa superbia & importunitate si quenq̄
habere potuit. Atq; ut huius quē dixi mores, ueros ami/
cos parare nō potuere, sic multoꝝ opes excludūt præpo/
tentiū amicitias fideles. Nō eni sola ipsa solū fortuna cæca
est, sed eos etiā plerūq; efficit cæcos, quos cōplexa est. Ita/
q; illi efferuntur fastidio fere & cōtumelia. neq; quicq̄ in/
sipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atq; hoc qui/
dem uidere licet eos qui antea cōmodis fuerūt moribus in
imperio/ potestate/ prosperis rebus immutari/ sperniq; ab
iis ueteres amicitias & indulgeri nouis, q̄d autē stultius q̄
ut plurimū copiis, facultatibus, opibus possint cætera pa/
rare, quæ parātur. pecuniā, equos, famulos, uestes, gloriā,

uasa preciosa, amicos nõ parare, optimã, & pulcherrimã uitæ (ut ita dicã) suppellectilẽ. eteni cætera cũ parant, cui parẽtur nesciũt. Nec cuius causa laborẽt. Eius. n. est istorũ quicqd, qui uincit eos uirib9. Amicitiarũ sua cuiq; pmanet stabilis, & certa possessio, ut etiã si illa maneãt quæ sunt quasi dona fortunæ. tamẽ uita iculta & deserta ab amicis, nõ possit esse iucũda, sed hæc hactenus. Cõstituendi autẽ sunt, q sint in amicitia fines, & q̃si termini diligẽdi, de qbus tres uideo sentẽtias ferri, quarũ nullã probo, unã ut eodẽ mõ erga amicũ affecti simus, quo erga nosmetipsos. Alteram ut nostra in amicos beniuolẽtia, illorũ erga nos beniuolẽtiæ pariter æq̃literq; respõdeat. Tertiã ut quãtiquisq; seipsum facit, tãti fiat ab amicis. Harũ triũ sententiarũ nulli ꝓrsus assẽtior. nec. n. illa prima uera est, ut queẽadmodũ in se quisq;, sic in amico sit animatus. Quã multa. n. quæ nostra causa nunquã faceremus, facimus causa amicorum, precari ab indigno supplicare. Tum acerbius in aliquem inuehi insectariq; uehementius, quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. Multæq; res sunt in quibus de suis commodis uiri boni multa detrahunt, detrahiq; patiuntur, ut iis amici potius quã ipsi fruantur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac uoluntatibus. Hoc quidem est nimis exigue, & exiliter. ad calculos uocare amicitiam, ut par sit ratio accœptorum, & datorum ditior mihi & affluentior uidetur esse uera amicitia, nec obseruare restricte, ne plus reddat q̃ accœperit. Neq; enim uerendũ est ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur. Tertius uero ille finis deterrimus,

ut quãti quisq; se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. Sæpe enĩ
in quibusdã aut anim⁹ abiectior est,aut spes amplificãdæ
fortunæ fractior. Nõ est igitur amici talem esse in eũ,qua/
lis ille in se est. Sed potius debet eniti, & efficere, ut amici
iacentẽ animũ excitet. Inducatq; in spem cogitationẽq; me
liorem. Alius igitur finis ueræ amicitiæ cõstituẽdus est, si
prius quod maxime repræhẽdere Scipio solitus sit, edixe/
ro. Negabat ullam uocem inimicitiorẽ amicitiæ potuisse
reperiri, quã eius qui dixisset ita amare oportere, ut aliquã
do esset osurus, nec uero se adduci posse, ut hoc queãd/
modum putaretur a Biante esse dictũ crederet, qui sapiẽs
habitus esset, unus e septem, sed impuri cuiusdã, aut ambi/
ciosi, aut omnia ad suam potentiã reuocãtis esse sententiã.
Quonam enĩ modo quisquã amicus esse poterit cuius se
putabit inimicũ esse posse? Quinetiã necesse erit cupere
& optare ut q̃ sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi
tanquã ansas ad repræhendendũ. rursum autem recte fa/
ctis commodisq; amicoꝝ necesse erit angi dolere inuidere.
Quare hoc quidem præceptũ cuiuscunq; est ad tollendã
amicitã ualet, illud potius præcipiendũ fuit, ut eam dili/
gentiam adhiberemus in amicitiis præparãdis, ut ne quã/
do amare inciperemus eum quem aliquãdo odisse posse/
mus. Quinetiã si minus felices in deligendo fuissemus fe/
rendum id Scipio potius quã inimicitiarũ tẽpus cogitan/
dum putabat. His igitur finibus utendum arbitror, ut cũ
emendati mores amicoꝝ sint, tum sit inter eos omniũ rerũ
consilioꝝ & uoluntatũ sine ulla exceptione cõmunitas, ut
etiã si qua fortuna acciderit ut minus iuste amicoꝝ uolun/
tates adiuuandæ sint. In quibus eoꝝ, aut de capite agatur

aut fama declinandū eſt de uia/modo/ ne ſumma turpitu/
do ſequaẽ. eſt enī meta quatenus amicitiæ dari uenia poſ/
ſit. Nec uero negligēda eſt fama, nec mediocre telū ad res
gerendas exiſtimare oportet beniuolentiā ciuium, quam
blandiciis & aſentatiōibus colligere turpe eſt/uirtus quā
ſequitur caritas minime repudiāda eſt. Sed ſæpe enī redeo
ad Scipionem/cuius omnis ſermo erat de amicitia, quere/
batur, ꝙ in omnibus rebus homines diligentiores eſsent,
capras & oues quot quiſqꝫ haberet dicere poſset/amicos
quot haberet dicere nō poſset/& in illis quidem parandis
curam adhibere, in amicis eligendis negligētes eſse, nec ha/
bere quaſi ſigna quædā & notas, quibus eos, qui ad amici/
tiam eſsent idonei iudicarēt. Sunt igitur firmi, & ſtabiles,
& conſtantes eligendi, cuius generis eſt magna penuria. &
iudicare difficile eſt ſane niſi expertum. Experiendū autem
eſt, in ipſa amicitia. Ita præcurrit amicitia iudiciū, tollitqꝫ
experiendi poteſtatē. Eſt igitur prudētis, ſuſtinere, ut cur/
ſum ſic impetū beniuolentiæ, quo utamur, quaſi aquis tē/
peſtatis, ſic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus ami
corum. Quidam ſæpe in parua pecunia perſpiciūtur, quā
ſint leues. Quidam autem, quos parua mouere nō potuit,
cognoſcūtur in magna. Si uero erūt aliqui reperti, qui pe/
cuniam præferre amicitiæ ſordidum exiſtiment, ubi eos
inueniemus, qui honores/magiſtratus/imperia/poteſtates
opes/amicitiæ nō anteponāt: ut cum ex altera parte pro/
poſita hæc ſint, ex altera uis amicitiæ, nō multo illa malint
Imbecilla enim humana natura eſt, ad contemnendā po/
tentiam, quā etiam ſi neglecta amicitia cōſequuti ſunt, ex/
cuſatum iri arbitrātur, quia non ſine magna cauſa ſit ne/

glecta amicitia. Itaq; ueræ amicitiæ difficillime reperiunt in iis, qui in honoribus, req; publica uersantur. Vbi enim istum inuenias, qui honorem amici anteponat suo? Quid? hæc: ut omittam q̃ graues, q̃ difficiles, plerisq; uidētur calamitatū societates, ad quas nō est facile inuentus qui descendat. quanquā Ennius recte inquit. amicus certus, in re incerta cernitur. tamē hæc duo leuitatis, & infirmitatis plerosq; cōuincunt, aut si in bonis rebus contemnunt amicos aut si in malis deserunt. Qui igitur utraq; in re, grauem, constantē, stabilem se in amicitia præstiterit, hunc ex maxime raro genere hominū iudicare debemus. & pene diuino. Firmamētum autem stabilitatis, constātiæq; est eius, quā in amicitia querimus, fides. nihil enim stabile est, quod infidum est. simplicem præterea, & comem & consentiētem, & qui rebus iisdem moueať, eligi par est, quæ omnia pertinent ad fidelitatē. neq; enim fidum potest esse multiplex ingenium & tortuosum. neq; uero qui non iisdem rebus mouetur, & natura cōsentit, fidus, aut stabilis potest esse. Addendū eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. quæ pertinēt omnia ad eam, quā iam dudum tracto constantiam, ita fit uerum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse. Est enim boni uiri, quem eundem sapientē licet dicere, hæc duo tener in amicitia, id primū nequid fictum sit ne ue simulatū aperte eni uel odisse alium, magis ingenuū est, q̃ fronte occultare sententiam. deinde nō solum ab aliquo oblatas criminationes depellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse uiolatum. Accedat huc suauitas quædā oportet ser-

monum, atq; morum. haud quaq̄ mediocre condimentū amicitiæ. Tristicia autem & in omni re seueritas absit. habet illa quidem grauitatē. Sed amicitia remissior esse debet, & liberior. & dulcior. & ad omnē comitatem, facilitatemq; procliuior. Existit autē hoc loco quædam quæstio difficilis, num quādo amici noui digni amicitia, ueteribus sint anteponēdi, ut equis uetulis teneros anteponere solemus, indigna dubitatio homine, non enim amicitiarū esse debent, sicut aliarum rerum sacietates, ueterrima quæq; ut ea uina, quæ uetustatem ferunt, esse debent suauissima uerumq; illud est, quod uulgo dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletū sit. Nouitates autē, si spem afferūt, ut tanq̄ in herbis nō fallacibus, fructus appareat, nō sunt illæ quidem repudiādæ, uetustas tamē suo loco cōseruanda est. Maxima est. n. uis uetustatis & cōsuetudinis. At qui in ipso equo, cuius non mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est, qui nō eo, quo cōsueuit libentius utatur, q̄ intractato & nouo. Nec modo in hoc, quod est animal, sed in iis etiā, quæ sunt inanimata, cōsuetudo ualet, cū locis etiā ipsis montosis, delectemur & siluestribus in q̄bus diutius cōmorati sum9. Sed maximū est in amicitia superiorē, parē esse inferiori. Sæpe. n. excellentiæ quædā sunt, q̄lis erat Scipionis in nostro ut ita dicā grege. Nunq̄ se ille Philo, nunq̄ Rutilio, nunq̄ Mummio anteposuit, nunq̄ inferioris ordinis amicis. Q. uero Maximum fratrē egregiū uirū omnino sibi nequaq̄ parē, quod is anteibat ætate. Tanquā superiorē colebat, suosq; oēs p se esse posse ampliores, uolebat. Qd faciendū imitandūq; est omnibus, ut si quam præstantiam uirtutis, ingenii,

fortunæ cõsecuti sunt / impartiãt eam suis, cõmunicentq́ cum proximis, ut si parẽtibus nati sunt humilibus, si pro/pinquos habeãt imbecilliores, uel animo, uel fortuua eoꝶ augeãt opes eisq́ honori sint & dignitati, ut in fabulis, qui aliquãdiu propter ignorantiã stirpis & generis in famula/tu fuerint, cum cogniti sunt, & aut deoꝶ aut regũ filii in/uenti, retinent tamẽ charitatem in pastores, quos patres multos annos esse dixerãt. Quod quidã est multo ꝑfecto magis in ueris patribus, certisq́ faciendũ. Fructus enĩ in/genii & uirtutis, omnisq́ præstãtiæ tum maxime capitur, cum in proximũ quemq́ confert̃. Vt igitur ii qui sunt in amicitiæ cõiunctionisq́ necessitudine superiores se æqua/re cum inferioribus debẽt, sic inferiores dolere nõ debent se a suis amicis, aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate supe/rari. Quoꝶ pleriq́, aut querũtur semper aliquid, aut etiã exprobrãt. Eoq́ magis si habere se putant, quod officiose aut amice, & cum labore aliquo suo factũ queant dicere. Odiosum sane genus hominũ officia exprobrantiũ, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, nõ cõmemorare qui contulit. Quãobrem ut ii, qui superiores sunt submit/tere se debẽt in amicitia, sic quodã modo inferiores extolle/re. Sunt enĩ quidã qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contẽni putant. Quod nõ fere cõtingit, nisi his, qui etiã contẽnendos se arbitrant̃, qui hac opinione, nõ modo uer/bis, sed etiã opere leuandi sunt. Tantũ aũt cuiq́ tribuendũ est primũ, quantũ ipse efficere possis, deinde etiã quantũ ille quem diligas atq́ adiuues possit sustinere. Non enĩ tu possis (quantũ uis, licet excellas) omnes tuos ad honores amplissimos perducere, ut Scipio Rutiliũ potuit consulẽ

efficere

efficere, fratrē eius. L. nō potuit. Quod si etiā possis quid/uis deferre ad alterū, uidendū est tamen quid ille possit su/stinere. Omnino amicitiæ corroboratis iam cōfirmatisq; & ingeniis & ætatibus iudicādæ sunt, nec si qui ineūte æta/te uenādi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tū eo⁊ studio præditos dilexerūt. Isto eni mō nutrices & pædagogi iure uetustatis plurimū beniuo/lentiæ postulabūt. q ... neglıgēdi quidē non sunt, sed alio quodā modo colēdi. aliter. n. amicitiæ stabiles permanere nō possunt. dispares. n. mores disparia studia sequuntur, quo⁊ dissimilitudo dissociat amicitias nec ob aliā causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse nō possūt nisi ꝙ tanta est inter eos, quāta maxima potest esse morū studiorūq; distātia. recte etiā præcipi potest in amicitiis, ne quis intēperata quadā beniuolētia (quod persæpe fit) impediat magnas utilitates amico⁊. Nec. n. ut ad fabulas redeā, Troiā Neoptolemus capere potuisset, si Lycome/dem, apud quē erat educatus, multis cū lachrymis iter suū impedientē, audire uoluisset. Et sæpe incidūt magnæ res, ut discedendū sit ab amicis, quas qui impedire uult, ꝙ de/syderium nō facile ferat, is & infirmus est, mollisq; natura, & ob eam ipsam causam in amicitia parum iustus. Atq; in omni re consyderandū est, & quid postules ab amico, & quid patiare a te impetrari. Est etiā quasi quædā calami/tas in amicitiis dimittēdis, nō nunq̄ necessaria. (Iam enim a sapientū familiaritatibus, ad uulgares amicitias oratio no/stra delabit.) Erūpunt sæpe uicia amico⁊ tum in ipsos ami/cos, tum in alienos, quo⁊ tamē ad amicos redūdet infamia tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ, & ut

Catonē dicere audiui, dissuēdæ magis, q̄ discindēdæ sunt. nisi quædā admodū intolerabilis iniuria exarserit, ut neq; rectū, neq; honestū sit, neq; fieri possit, ut nō statim alienatio disiūctioq; faciēda sit, sin aūt morū, aut studioꝝ cōmutatio quædā, ut fieri solet, facta erit, aut in Reipu. partibus dissensio intercesserit, loquor. n. ut paulo ante dixi, nō de sapientū, sed de cōmunibus amicitiis, cauendū erit, ne nō solū amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiā susceptæ uideantur. Nihil enim turpius, q̄ cum eo bellū gerere, quo cū familiariter uixeris, ab amicitia. Q. Pompeii, meo nomine, se remouerat, ut scitis Scipio, ꝓpter dissensionē aūt, quæ erat in Remp. alienatus est a collega nostro Metello, utrūq; egit grauiter, autoritate, & offensione animi non acerba. Quāobrem primū dāda opera est, nequa amicoꝝ dissidia fiant. Sin tale aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, q̄ oppressæ esse uideantur. Cauendū uero est, ne etiā in graues inimicitias conuertant se amicitiæ. e quibus iurgia, maledicta, cōtumeliæ gignūtur. Quæ tamē si tolerabiles erunt, ferendæ sunt, & hic honos ueteri amicitiæ tribuēdus est, ut is, in culpa sit, qui faciat nō qui paciat̄ iniuriam, omnino omniū horum uitioꝝ, atq; incommodoꝝ una cautio est, atq; una prouisio, ut ne nimis cito diligere incipiat, neue indignos, digni aūt sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligātur. Rarū genus, (& quidē omnia præclara rara) nec quicq̄ difficilius, quā reperire, quod sit omni ex parte, in suo genere perfectū. Sed pleriq;, neq; in rebus humanis quicq̄ bonū norunt nisi quod fructuosum sit, & amicos tanq̄ pecudes eos potissimū diligūt, ex quibus sperant se maximū fructum esse capturos, itaq; pul/

cherrima illa, & maxime naturali carēt amicitia, per se, &
propter se expetēda, nec sibi ipsi exēplo sunt, hæc uis ami-
citiæ qualis & quāta sit, ipse enī se quisq; diligit, nō ut ali-
quam a se ipso mercedem exigat caritatis suæ, sed q per se
sibi quisq; carus est, quod nisi idem in amicitiā transferat,
uerus amicus nunq̄ reperiet. est enī is amicus quidem, qui
est tanq̄ alter idem. Quod si hoc apparet in bestiis, uolucri
bus, agrestibus, natātibus, suibus, cicuribus, feris, primum
ut se ipsi diligāt. Id enim pariter cū omni animāte nascitur,
deinde ut requirāt, atq; appetant aliquas alias animātes,
ad quas se applicēt, eiusdē generis, idq; faciūt cum desyde-
rio & cū quadā similitudine amoris humani, quāto id ma-
gis in homine fit natura qui & se ipse diligit, & alterū ac-
quiri cuius animū cum suo esse cōmisceat, ut efficiat pene
unū ex duobus, sed pleriq; peruerse, ne dicam impudenter
amicum habere talem uolūt, quales ipsi esse nō possunt.
quæq; ipsi nō tribuūt amicis, hæc ab iis desyderāt, par est
aūt, primū ipsum esse uirum bonū, tum alterū similem sui
quærere, in talibus, ea (quā iam dudū tractabamus) stabili-
tas amicitiæ cōfirmari potest, cū homines beniuolētia cō-
iuncti primū cupiditatibus iis qbus cæteri seruiūt, impe-
rabunt, deinde æquitate, iusticiaq; gaudebūt, oīaq; alter ꝓ
altero suscipiet, neq; quicq̄ unquā nisi honestū, & rectum
alter ab altero postulabit, neq; solum colent se inter se, ac
diligēt, sed etiā uerebūtur, nam maximū ornamentū ami-
citiæ tollit, qui ex ea tollit uerecundiam, itaq; in iis perni-
ciosus est error, qui existimāt, libidinum, peccatorūq; om-
nium, patere in amicitia licentiā, uirtutū enī amicitia adiu-
trix a natnra data est, nō uitiorū comes, ut quoniā solitaria

nõ posset uirtus, ad ea quæ summa sunt, puenire, cõiuncta & sociata cum altera peruenirer, quæ si quos inter societas aut est aut fuit, aut futura est, eo℞ est habẽdus ad summũ naturæ bonum optimus beatissimusq; cõmitatus. hæc est inq̃ societas, in qua oĩa insunt, quæ putant hoĩes expetẽda, honestas, gloria, trãquillitas animi, atq; iucũditas, ut cum hæc adsint, beata uita sit & sine his esse nõ possit, quod cũ optimũ maximũq; sit, si id uolumus adipisci, uirtuti opera dãda est, sine qua, neq; amicitiã, neq; ullã rem expetendã, cõsequi possum9, ea uero neglecta q̃ se amicos habere arbitrãtur, tum se deniq; errasse sentiãt, cũ eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quocirca dicendũ est etiã sæpius, cũ iudicaueris, diligere oportet, nõ cũ dilexeris, iudicare. Sed cũ multis in rebus negligẽtia plectimur, tũ maxime in amicis & deligẽdis, & colẽdis, præposteris. n. utimur cõsiliis, & acta agimus, quæ uetamur ueteri ꝓuerbio, nã implicati ultro & citro, uel usu diuturno, uel etiã officiis, repente in medio cursu, amicitias exorta aliqua offensiõe dirũpimus, quo etiã magis uituperãda est, rei tã maxime necessariæ tãta incuria, una est. n. amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate oẽs uno ore cõsentiũt, quãq̃ a multis ipsa uirtus cõtemnit̃, & uẽdicatio quædã atq; ostẽtatio esse dicitur. Multi diuitias despiciũt quos paruo cõtentos, tenuis uictus cultusq; delectat. honores uero, quo℞ cupiditate quidã inflãmant̃, q̃ multi ita cõtemnũt, ut nihil inanius, nihil esse leuius existimẽt, itẽ cætera, quæ q̃busdã admirabilia uident̃, ꝑmulti sunt, qui ꝓ nihilo putẽt, de amicitia oẽs, ad unũ idem sentiũt, & ii qui ad Remp. se contulerũt, & ii, qui rerum cognitione, doctrinaq; delectant̃, & ii qui suum

negociũ gerunt ociose. Postremo ii qui se totos tradiderũt uoluptatibus, sine amicitia uitam esse nullã sentiũt, si modo uelint aliqua ex parte liberaliter uiuere, serpit. n. nescio quomodo per omniũ uitã amicitia. nec ullam ætatis degendæ rationẽ patitur esse expertẽ sui. quin etiã si qs asperitate ea est & imanitate naturæ ut cõgressus, & societatem hominũ fugiat atq; oderit qualẽ fuisse athenis Timonem nescio quẽ accœpimus, tamẽ is pati nõ possit, ut non acquirat aliquẽ apud quẽ euomat uirus acerbitatis suæ! atq; hoc maxime iudicaretur, si quid tale posset cõtingere ut aliquis nos deus ex hac hominũ frequẽtia tolleret, & in solitudinẽ uspiã collocaret. atq; ibi suppeditãs omniũ rerũ quas natura desyderat abundantiã, & copiã, hominis omnino, aspiciẽdi potestatẽ eriperet. Quis tam esset ferreus, qui eam uitã ferre posset? Cuiq; non auferret fructũ uoluptatum omniũ solitudo? Verum ergo illud est, quod a Tarentino Archita, ut opinor, dici solitũ, nostros senes commemorare audiui, ab aliis senibus auditũ. Si quis cœlum ascendisset, naturãq; mũdi, & pulchritudinẽ siderum perspexisset, insuauem illam admirationẽ ei fore, quæ iucundissima fuisset, si nõ aliquẽ cui narraret, habuisset. Sic natura solitariũ nihil amat. sempq; ad aliqd tanq̃ ad admini culũ adnititur. quod in amicissimo quoq; dulcissimũ est. Sed cum tot signis eadẽ natura declaret, quid uelit, ac querat quid desyderet, obsurdescimus tamẽ, nescio quomodo nec ea, quæ ab ea monemur, audim9. Est. n. uarius & multiplex usus amicitiæ. multæq; causæ suspicionũ, offensionumq; dantur. Quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre, sapiẽtis est, una illa subleuãda offensio est, ut & utilitas in

amicitia, & fides retineatur. Nam & monendi amici sæpe sunt. & obiurgãdi, & hæc accipiẽda amice cum beniuole fiunt. Sed nescio quomodo uerũ est, quod in andria fami/liaris meus Terẽtius dixit. Obsequiũ amicos, ueritas odiũ parit. molesta ueritas est, si quidẽ ex ea nascit̃ odium, quod est uenenũ amicitiæ. Sed obsequiũ multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitẽ amicũ ferri sinit. Maxima aũt culpa in eo est, qui & ueritatẽ aspernat̃. & in fraudem obsequio impellit̃. Omnis igitur hac in re habẽda ratio, & diligẽtia est. primũ ut monitio acerbitate, deinde ut obiur/gatio cõtumelia careat, In obsequio autẽ (quoniã Terẽtia/no uerbo libenter utimur), comitas adsit, assentatio uitiorũ adiutrix, procul amoueat̃, quæ nõ modo amico, sed ne li/bero quidẽ digna est. Aliter. n. cum tyrãno aliter cũ amico uiuitur. Cuius aũt aures clausæ ueritati sunt ut ab amico uerum audire nequeat, huius salus desperãda est. Scitum est enĩ illud Catonis, multo melius de quibusdã acerbos inimicos mereri, q̃ eos amicos, qui dulces uideantur. Illos uerum sæpe dicere. hos nunquã. Atq; illud absurdũ est, q̃ ii scilicet, qui monẽtur, eam molestiã, quã debẽt capere, nõ capiunt, eam capiũt, qua debent carere. Peccasse. n. se non angunt̃ obiurgari moleste ferunt, quod cõtra oportebat, delicto dolere, correptione gaudere, ut igitur & monere, & moneri, propriũ est ueræ amicitiæ, & alterũ libere face/re, nõ aspere, alterũ pacienter accipere, nõ repugnãter. Sic habendũ est, nullam in amicitiis pestem esse maiorẽ, quã adulationẽ blandicias assentationẽ, quãuis enĩ multis no/minibus est hoc uitium notandũ, leuiũ hominũ atq; falla/cium, ad uoluptatẽ loquentiũ omnia, nihil ad ueritatem.

Tum autē omniū rerū simulatio est uiciosa, tollit eni iudi/
cium ueri, idq; adulterat, tum amicitiæ repugnat maxime
delet eni ueritatē sine qua nomē amicitiæ ualere nō potest,
nam cū amicitiæ uis sit in eo ut unus quasi animus fiat ex
pluribus qui fieri poterit, si ne in uno quidem quoq; unus
animus erit idemq; semper. Sed uarius cōmutabilis mul/
tiplex. Quid. n. potest esse tam flexibile, tam deuium quā
animus eius qui ad alterius nō modo sensum ac uoluntatē
sed etiā uultū atq; nutum cōuertitur? Negat quis? nego.
ait? aio. Postremo imperaui egomet mihi omnia asentari,
ut ait idem Terētius, sed ille Gnatonis persona, quod ami/
ci genus adhibere omnino leuitatis est. Multi aūt Gnato/
num similes cum sint loco, fortuna, fama, superiores, horū
est asentatio molesta cum ad uanitatē accessit autoritas.
Secerni autē blandus amicus a uero & internosci tam po/
test adhibita diligētia, q̄ omnia fucata & simulata a since/
ris atq; ueris. Concio quæ ex imperitissimis constat, tamē
iudicare solet quid intersit inter popularē. i. asentatorē &
leuem ciuem, & inter cōstantem seuerū & grauem. Qui/
bus blāditiis. C. Papyrius consul nuper influebat in aures
cōtionis, cum ferret legem de tribunis plebis reficiendis.
Dissuasimus nos, sed nihil de me, de Scipione dicam libē/
tius. Quāta illi dii immortales fuit grauitas, quāta in ora/
tione maiestas? Vt facile ducem popu. Ro. non comitem
diceres, sed affuistis, & est in manibus oratio. Itaq; lex po/
pularis suffragiis populi repudiata est. Atq; ut ad me re/
deam meministis. Q. Maximo fratre Scipionis & L. Mā
cino cōsulibus quā popularis lex de sacerdotiis. C. Licinii
Crassi uidebat̄ cooptatio. n. collegiorū ad populi beneficiū

transferebat̃, atq; is primũ instituit in forum uersus agere cum populo. Tamẽ illius uendibilẽ orationẽ religio deoꝝ immortaliũ nobis defendentibus facile uincebat. Atq; id actum est prætore me quinquẽnio anteq̃ consul sim factus Itaq; re magis quã autoritate, causa illa defensa est, ꝙ si in scæna .i. in cõtione in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimũ est, tamẽ uerum ualet, si modo id patefactum & illustratũ est, quid in amicitia fieri oportet, quæ tota ueritate perpẽditur? In qua nisi (ut dicit) apertũ pectus uideas, tuumq; ostendas, nihil fidum, nihil exploratũ habeas, ne amare quidẽ aut amari possis, cũ id quã uere fiat ignores. Quanq̃ ista assẽtatio pniciosa sit, nocere tamẽ nemini potest nisi ei qui eã recipit, atq; ea delectat̃. itaq; fit, ut is assẽtatoribus patefaciat aures suas maxime q ipse sibi assentet̃, & se maxime ipe delectet. Oĩno est amãs sui uirt9, optime enĩ seipsa nouit quãq; amabilis sit intelligit. ego aũt de uirtute nũc nõ loquor, sed de uirtutis opiniõe, uirtute enĩ ipsa nõ tam multi præditi esse quã uideri uolunt, Hos delectat assentatio, his fictus ad eoꝝ uoluptatẽ sermo cum adhibetur orationẽ illam uanam testimoniũ esse laudum suarum putãt. Nulla est igitur hæc amicitia, cum alter uerũ audire nõ uult. Alter ad mentiendũ paratus est. Nec parasitorum in comœdiis assentatio nobis faceta uideret̃, nisi essẽt milites gloriosi. Magnas uero agere gratias. Thais mihi? Satis erat respõdere magnas, ingẽtes inquit. Semp auget assẽntatio id, quod is cuius ad uolũtatem dicitur, uult esse magnũ. Quãobrem quãuis blanda ista uanitas apud eos ualeat, qui ipsi illam allectãt & inuitant, tamẽ etiã grauiores cõstantioresq; admonendi sunt ut animaduertant, ne

alij totum

a: assentator

callida assentatione capiantur. Aperte. n. adulātem nemo nō uidet, nisi qui admodū est excors / callidus ille & occultus ne se insinuet, studiose cauendū est, nec. n. facile agnoscitur, quippe qui etiam aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulās blādiatur atq; ad extremum det manus uinciq; se paciatur, ut is qui illusus sit plus uicisse uideatur. Quid autē turpius q̄ illud? Quod ne accidat magis cauēdum est, ut in Epicureo hodie me ante omnis coamicos stultos senes uersares, atq; luseris lautissime. Hæc etiā in fabulis stultissima persona est improuidorꝝ & credulorū senum. Sed nescio quo pacto ab amicitiis perfectorꝝ hominum. i. sapiētum de hac dico sapientia quæ uidetur in homine cadere posse, ad leues amicitias defluxit oratio. Quāobrem ad illam primā redeamus, eamq; ipsam concludamus aliquādo, uirtus inquā. C. Fanni & tu. Q. Muti & conciliat amicitias & cōseruat. In ea est eni cōuenientia rerum, in ea stabilitas, in ea cōstantia. Quæ cum se extulit & ostendit lumen suum, & idem aspexit, agnouit quæ in alio, ad id se admouet uicissimq; accipit illud quod in altero est, ex quo eorꝝ exardescit siue amor siue amicitia, utrūq; eni dictū est ab amando. Amare enī nihil est aliud nisi eū ipsum diligere quem ames, nulla indigētia, nulla utilitate quæsita. Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiā si tu eam minus secutus sis. Hac nos adolescētes beniuolentia senes illos. L. Paulū. M. Catonem. C. Gallum. P. Nasicā. T. Gracchū Scipionis nostri socerū dileximus. Hæc etiā magis elucet inter æquales, ut inter me & Scipionem. L. Furium. P. Rutiliū. Sp. Mūmium uicissim. Vicissim aūt senes in adolescentiū caritate acquiescimus, ut in uestra &

a: illudi

A: Mumiū


in. Q. Tuberonis equidem admodũ adolescentis. P. Rutilii. Virginii familiaritate delector. Quãdoquidẽ ita ratio cõperata est uitæ naturæq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. Maxime quidem optandũ est, ut cum æqualibus possis uiuere, cum quibus, tanq̃ e carceribus emissus sis, cum iisdem ad calcem, ut dicitur peruenire. Sed quoniã res humanæ fragiles, caducæq; sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & a quibus diligamur. Caritate enĩ beniuolẽtiaq; sublata, omnis est e uita sublata iucunditas, mihi quidem Scipio quanq̃ est subito ereptus, uiuit tamẽ, semperq; uiuet, uirtutẽ enĩ semper amaui illius uiri, quæ extincta nõ est, nec mihi soli uersatur ante oculos qui illã semper in manibus habui. Sed etiã posteris erit clara, & insignis. Nemo unquã animo, aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriã, atq; imaginem præponendã putet, equidem ex omnibus reb9, quas mihi, aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim comparare. In hac mihi de Repu. fuit cõsensus. In hac rerum priuatarũ consiliũ, in eadem requies plena oblectationis fuit, nunq̃ illum ne minima quidem re offendi, q; quidem senserim. Nihil audiui ex eo ipse, quod nollem, una domus erat idem uictus, isq; cõmunis, nec solũ militia Sed etiam peregrinationes rusticationesq; cõmunes, nam quid ego de studiis dicam, cognoscẽdi semper aliquid aut discendi, in quibus remoti ab oculis populi, omne ocium tempusq; cõtriuimus? Quarum rerũ recordatio, & memoria si una cum illo occidisset, desideriũ coniunctissimi uiri, atq; amãtissimi, ferre nullo modo possem, sed nec illa extincta sunt, aluntur q; potius & augentur cogitatione, &

memoria. Et si illis plane orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatiũ, diutius enim in hoc deside/rio esse non possum. Omnia autem breuia tolerabilia esse debent, etiam si magna sint, hæc habui de amicitia quæ dicerem, uos autem hortor, ut ita uirtutem locetis sine qua amicitia esse non potest, ut ea excepta, nihil amicitia præ/stabilius esse putetis.

τέλος

Viennæ Pannoniæ in ædibus Hieronymi Vietoris & Ioannis Singrenii. vi. Kalen. Decembris. ANNO. M. D. XI.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0006032

